

Illuc profectus cum meis Litteris ita se probavit optimo cuique, ut adnotus sit Scholae gubernaculis, cui quidem muneri, si satis eum perspecti, qualis sit, praerit & peramanter praerit, eum magna laude. Requirit etiam Hollandia praestantes viros, qui Scholis proficiantur, nisi me in Hebraea valetudo sollicitaret, cum is ibi nihil bonae spei affulgeat: hortarer eum, ne Belgium nostrum asserna- retur. Domini est terra & plenitudo eius. Nisi iam inclinaret aetas mea, non possem patriam de- esse. N. Antonio pro funebri oratione gratias ago. Saleburgio munusculum mitto non pro digni- tate: sed mei documentum amoris. Coniux mea vos amanter salutat. Valet cum tribus liberis, quos mihi dedit admirabilis Dominus in diebus ultima senectutis. Sit nomen eius sanctum in omnibus Cor- nis fidelium. Amen. Valete & vos perquam dilecti in Christo fratres postredie Idus Januarij 1577. Bremae in Schola Johannes Molanus.

154

139

Vox Christi. Doctori Henrico molano.

N. 274)

Venerande vir Doctor clarissime, nimis illud verum verbum est, quod in postromis ad me litteris attigisti. Hoc nostro tempore quandam contentiosam Theologiam Ecclesiae incubuisse. Quis enim non Vicus abundat libris indignis, quae templa scholasque fatigant? vel hic ubi tranquillum stare credas mare, inter duas magnas Theologos, Arctis titum nostrum, et M. Henricum Saleburgi- um, privatim primum, mox publice agitata quaestio. An panis in S. Cena dici possit corpus Christi essentielle? quantas nobis dedit turbas? quam tristes dis- tractiones fecit? non possum persequi, abhorret animus a commemoratione.

[N. Scr.]

a. 12=

N. 268]

Tam autem agebat M. Erasmus Johannis, sese coram te de altercatione nos- tra multa tecum locutum esse. Misit nos ter doctoribus Theologis qui sunt Heidelbergae suas Theses confirmatas argumentis, et quorundam festimo- nijs obsionatas. Illic quoque acriter se defendit Saleburgius, doctissimisq; Viris illis multum negotij exhibuit. Nos ter (ut scis) asseverat. Panem esse corpus essentielle non essentialiter, substantiale non substantiali- ter, naturale non naturaliter &c. quas equidem antilogias et Cenophonias tantum ad des- tractionem audientium pertinentes miror homini eru- dito, insitititq; rebus optimis in mentem venire potuisse. Itaque quum eas non approbarem, ut in quibus verbi quidam inessent. Insuper de- cas: provocatus in certamen ab eo, valde recusavi de sophismatis Ecclesiae factis cum Theologo Grammaticis contendere. de quibus odiosissi- ^{disputatam est} iam pene totum seculum est, cum tristissima dis- sertatione Scholarum & Ecclesiarum. In mea Palaestra plus mihi est o- pere ac laboris quam queam explicare, nedum ut sim vacuus ad per- sequendas quaestiones infructiferas in ultimum usque seculum dura- turas. Nondum pertexta ei tela est cum Saleburgio. Quam apte dictum est ab Horatio. fieri nonnunquam ut fragili cupiens illidere dentem: of- fendat solido. Sed haec inammana sunt valeant. Deus pater vitae nostrae, quae ex multa sua misericordia nos regenuit in spem immortalitatis, sic nos in bonitate confirmet, sic per spiritum suum actiones nos- tras regat, ut vocationi respondeant, ut neque temeritate aliqua ex- tra oleas feramur: neque timiditate nimia necessarium nostri muneris

officium deseramus. Sic tavi nuper Adolescentibus in schola versi-
 culos aliquot in incoanda interpretatione prioris Epistolae Pauli ad Co-
 rinthios. ea res non caruit reprehensione, quasi mea functionis limites
 transgressus essem. Mihi vero neutiquam abhorere videtur a consue-
 tudine scholari, si solida Pietatis fundamenta et doctrinam de mori-
 bus bonis tradam, potius e libris sacris, quam ex Erasmi Colloquijs aut
 ex Dialogis Castationis. Sermo Christi (ait Apostolus) inhabitet in
 vobis cum omni sapientia, & Propheta nos iubet ineuntis aetatis in-
 scitiam corrigere, & mores rectius formare, meditandis, custodien-
 disq; sermonibus divinis. Carmen ipsum mitto, ut legas, non est
 longum. et iudicas. confido futurum ut te censorem experiar a-
 quiozem. De doctore Peucero narrant eum in vinculis mane in-
 ventum esse mortuum. id mihi visum est immanius: quam ut
 credi possit. O rem indignam: o homines sacrilegos: Tandem ni-
 hilsibi facient reliquum ad summam crudelitatem. Nullus se-
 mel ore receptus, pollutas patitur sanguis mansvescere fauces. ait
 Poeta. Sed comprimenda haec oratio est, ne quis malus audiat. Sub
 omni lapide Scorpium dormit. Vale Frater ex animo
 mihi dilecte et venerande. cum dulci conjugis et liberis suavissi-
 mis. Jpsis Jouis febr. 1577

Puerorum Custos
 Johannes Molanus.

no. 275

Gratiam & pacem a Domino.

[An wen? - Wohl an Mola-
 nus]

Claro nobis nuncio de principis illius veri ac summi illustris, adeoq; communis nostri fa-
 rentis obitu Reverendi viri & plurimum observandi fratres: etsi per Dei gratiam non ita
 sumus percussi, ut qui spem non habent, consq; tamen fuisse nos in eo tanto vulnere perturbatos ulero
 confitemur, ut consolatione potius egeremus, quam solari vos possemus. Hinc ista nostra in-
 hoc fraterna ebaritatis praetando vobis officio tarditas. Imo nunc quod vix aliud, quam no-
 stras cum vestris Lacrymas conferre possumus. Accepimus enim in hoc profecto vulnere unig;
 Deo medicabile & cujus gravitatem ac sensum valde metuimus ne tempus augeat po-
 imminuat. Sed is tamen, qui nos redemit a morte, vix est ut tradere nos morti velle ideatur in
 Indignus erat mundus tali principe, & procul dubio iacturam hanc sicut. At nos ex mundo non
 mus: & ut etiam cum mundo percutiamur, minime tamen cum mundo peribimus. Quis ille ergo
 nempe sicut abunde nobis est, quod optimo jure luceamus, ita non desit quod nobis spem magnam
 faciat, futurum, ut Dominus neq; tam praecleari ceptum istic opus suum, neq; fides operantis
 suos deserat. Quod si iusto sic ferente Dei iudicio, & animum ex hac nostra clade colloquentibus
 veritatis adversarijs, gravissima subeunda fuerint certamina, confidimus vicissim fore sicut totidem
 fortibus suis Atq; Agyptis Populice statuisse tandem Deus conperiat. Etsi vero vos nunc qui-
 dem estis in aciei fronte collocati, absit tamen ut nos & vobis esse statuamus. Imo vero
 nobis communia vobiscum cuncta pericula ducimus, uti sane sunt, nec quidquam quod vos attingat,
 a nobis alienum existimamus. Quod si consq; Dominus habenas Satan a laxavit speramus autem
 a principe quamvis a nobis dissentiente, benignissimo tamen, ut audimus, longe meliora accedente pra-
 sertim optimi alterius Principis studio & intercessionem, ut vel otiosos, vel non satis istic in tuco vos
 esse oporteat offerimus hic vobis observandi fratres, quidquid usquam in vobis positum esse voluit
 Dominus: & si res ita tulerit, futurum omnino speramus, ut invito Satana, ubi de vestro ad
 nos adventu in Gallia auditum erit, non desint vobis Scholae & Ecclesiae, in quibus maximo
 cum fructu, & non parva cum voluptate possitis preciosa illa quae a Deo talenta accepistis
 negotari. Nobis certe jucundissimus erit verter conspectus, & ne in istis quidem quamvis
 tristissimis

[= Mscr.]

A. 12 =

No. 262

No. 27

[= Mscr.]

A. 12

219

No. 27

[=